quod in cor nostrum vix potuisset ascendere nisi hoc operum approbasset affectus quod vos super principio veloces et audaces in processu non considerantes exitum futurorum lucensem intrastis hostiliter comitatum hedificando castella in eodem ut in proprio et terras et villas et arbores contra iuris ordinem devastando. Cum igitur lucenses coniuncti sint nobis sicut ungula carni et expediat nobis ne possessionibus vel iure priventur cum simus invicem membra. significamus vobis quod proxima die dominica iter arripientes venire non tardabimus rationes eorumdem precursore domino defensuri. Qui taliter responderunt:

A. Dei gratia pisana potestas. Omnibus presentes litteras audientibus innotescat quod nos usque ad diem dominicum quiescemus expectantes eos qui nos compellant desistere ab opere quod incepimus.